

PETRVS DE VINEIS.

Petrus de Vineis tanta eruditione & prudentia fuit præditus ut Fridericus 2 Imperator eū primo scribam, postea etiam cancellarium suum ordinavit. Hic cum pietatem & mansueritudinem Friderici nosceret, atq; etiam intelligeret, quibus artibus pontifices Romani Cæsari insidiarentur, ut suā potentiam stabiliret, ipse pio zelo motus Romanā ecclesiam reprehendit, atq; ius Imperij certis argumentis stabiliuit. Id quod Tritemius & reliqua monachorum turba ei uitio dedit. Inde etiā sub Imperatoris persona, uarias epistolas hinc inde scripsit, quæ postea in unum opus comprehensę sex libros effecerunt, idq; anno 1220. Tandem uero unā cum Imperatore à pontifice excommunicatus fuit. Trit. in script. eccles.

